

## **Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D. Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo  
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm  
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

**Mezger, Paul**

**Augustæ Vindelicorum, 1695**

[Articulus III. De lege Evangelica.]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](#)

## ARTICULUS III.

## De lege Evangelica.

## SUMMARI A.

1. *Lex Evangelica habet formalem rationem legis,* esse contentam preceptis moralibus naturae legis, & articulis fidei, & sacramentis gratiae.
2. *Materia legis Evangelica.*
3. *Subiectum illius sunt omnes homines.*
4. *Initium legis Evangelica.*
5. *Scriptura non est de ipsis essentia.*
6. *Durabit usque ad finem mundi.*
7. *Sicut à Summo Pontifice dispensabilis?*
8. *Rationes in contrarium.*
9. *Fundamenta opposita solvuntur.*

## §. I.

## Cause Legis Evangelice.

**CONCLUSIO PRIMA.** Lex Evangelica habet formalem rationem legis veræ & propriæ dictæ, cuius legislator est Christus Dominus.

Est de fide contra Sectarios nostri temporis, qui nihil volunt esse sub precepto præter fidem. Constat primò ex variis Script. ut 16. 33. Dominus Iudex noster, Dominus Legifer noster, Dominus Rex noster. Ubi sermo est de Messia, seu Christo, unde præmisserat: Domine misericors nos, & te enim expectavimus, &c. Ipse salvabit nos. Item Pl. 71. DEVS iudicium tuum regi da, &c. Is. 2. De Sion exhibit lex. Jer. 31. Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domum Iheræ, & domini Iuda fædus novum: & Iabo legem meam in iudeis eorum. Jac. 4. Unus est legislator & Index, qui potest perdere, & salvare.

Constat secundò, quod ipse Christus quoque poteſtatem iſam legiſtatiuam ſeipſuſ ostendit & uſurpat in præcepto charitatis Jo. 14. Mandatum nouum do vobis. Et Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis in oīcē. In præcepto baptiſti Jo. 3. Niſi quis renatus fuerit, &c. In præcepto Eucharisti Jo. 6. Niſi manducaveritis carnem filii hominis, &c. Confessionis Jo. 20. Quorum remiſeritis peccata, &c. Et generaliter Matth. ult. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. docentes eos servare omnia, quæcumque mandavi vobis.

**CONCLUSIO SECUNDA.** Materia legis Evangelica sunt alii tam interni, quam externi in materia virtutum moralium, fidei, & sacramentorum.

De materia moralium virtutum conſtat; quia lex naturalis a cibis illarum virtutum fuit per Evangelium magis confirmata, ut cùm Matth. 7. Christus dixit: Omnia quæcumque vultis, ut faciant homines, & vos facite illis. De fide & sacramentis, ubi etiam comprehenditur sacrificium novæ legis patet, quia novum sacrificium, nova Sacra menta, & plurimi articulorum explicita fides in novo Testamento fuit determinata & praescripta.

Unde patet primò. In lege nova divina contineri ſolū præcepta fidei moralia & ceremonialia, non etiam judicialia: prout expreſſe tradidit S. D. quodl. 4. a. 13. dicens: Legem novam

R. P. Marz. Schol. Tom. II.

esse contentam preceptis moralibus naturae legis, & articulis fidei & sacramentis gratiae. Partet secundò. Quomodo intelligendum fit antiquum axioma Theologorum dicentium, in nova lege nulla eſt præcepta niſi fidei & sacramentorum. Seniū enim eſt, non quod lex nova nulla habeat præcepta moralia, ſed quod peculiaria præcepta diſtinguitur a præceptis naturalis & Moſaica legiſ alia non habeat, quam præcepta fidei, & sacramentorum: unde in moralibus lex tantummodo fuit confirmata.

## CONCLUSIO TERTIA. Subiectum legis §. 3.

Evangelice ſunt omnes homines. Eſt de fide ex Mattheo ult. Data eſt mihi omnis potestas in celo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes &c. Docentes eos ſervare omnia, quæcumque mandavi vobis. Marcii ult. Euntes in mundum uniuersum predicate Evangelium omni creature.

## §. II.

## Legis Evangelica duratio &amp; dispensabilitas.

Quares primò. Quandonam cœperit lex Evangelica.

Repondeo. Lex Evangelica in morte Christi accepit efficaciam radicalem obligandi, formalem verò respectu totius mundi cum fuit promulgata in die Pentecostes, quæ tamen ipsa virtus obligatoria ut redigetur in actum exercitum, requirebatur prædicatio Apostolorum, per quam tolleretur invincibilis iſius legis ignorantia. Ratio 1. p. eſt, quia Testamentum accipit suum robur ex morte testatoris; ſed Christus erat testator ſeu conditor novi Testamenti: ergo ipſius morte novum Testamentum & ſedus cum Patri initio accepit suum robur: ſed in hoc Testamento etiam continebantur leges, ſub quibus eſet erigendus Ecclesiæ ſtatus: ergo eadem leges jam tunc in morte Christi accepit suum robur; Robur, inquam, non formale, ſed radicale, quia tunc lex nondum erat promulgata.

Underatio 2. partis eſt: Tunc lex accepit virutem ſuam formaliter obligatoriā, quando promulgabatur: ſed fuit promulgata in die Pentecostes Hierosolymis, quando & Petrus ad Iudeos dixit, Act. 2. Pénitentiam agite, & baptizetur unusquisque veſtrum in nomine JESU Christi in rimiffionem peccatorum veſtrorum, &c. Sic ut ergo lex Pontificis Romæ publicata accipit formalem virtutem obligandi pro tota Ecclesiā, ita jā tunc lex Evangelica habebat completa rationem legis illas, ad quorū notitiam hæc promulgatio pervenerat, & aū obligavit. Quia tamen hæc ipsa promulgatio non poterat ſimil & ſemel omnibus tum Iudeis, tum Gentilibus innotescere, eorumque invincibilem ignorantiam diſcurere, proporeta, ut affirmat 3. p. noſtræ reſponsionis, tunc ſuccellivè reliquias etiam non tantum Iudeos, ſed etiam Gentilitatis, & totius orbis partes actu obligavit, cum remoto invincible

P.P. 2

bilis ignorantia impedimento in audiendum  
mentes promulgatio cepit influere.

5. Quares secundo. Sitne de ratione legis E-  
vangelica quod sit scripta?

Respondeo negativè. Quia ante scriptoriam  
Evangeliorum lex Evangelica erat sufficiens  
promulgata & obligatoria, quatenus fuit cordi-  
bus inscripta per iudicium practicum intellectus  
non mere naturale sicut lex naturalis, sed spiritu  
gratia Divina elevatum; veluti indicatur Jer. 31.  
*Dabo legem meam in visceribus eorum, & in cor-  
dibus eorum scribam eam.* Et 2. ad Cor. 3. Epis-  
tola ejus Christi ministrata a nobis non atramento,  
sed spiritu DEI vivi, non in tabulis lapideis, sed in  
tabulis cordis carnalibus.

6. Quares tertio. Quanto tempore lex Evangelica  
sit duratura?

Respondeo. Esse duraturam usque ad finem  
mundi. Et clare deducitur ex Matth. 28. pri-  
mum allegato; ubi cum Christus mandasset A-  
postolis, docere & baptizare omnes gentes, subjun-  
xit. Ecce ego vobis sum usque ad consumma-  
tionem facili. Et adhuc manifestius Matth. 24.  
*Predicabitur hoc Evangelium Regni in universo  
orbis, in testimonium omnibus Gentibus, & tunc ve-  
niet consummatio.* Ubi exponente D. Th. q. 105.  
a. 4. ad 4. Christus loquitur de prædicacione E-  
vangelii cū pleno effectu, ita scilicet quod in qua-  
libet Gente funderetur Ecclesia; quo factò Christus  
dicit venturam consummationem, nempe seculi,  
ut intelligent D. Hier. ibid. & S. Chrys. ho. 49.  
In Matth. Idcirco frequenter in scro texu re-  
gno, sacerdotio, testamento Christi tribuitur æ-  
ternitas, quia nimis durabit usque ad finem  
mundi in Ecclesia militante, & consummabitur  
in triumphante. Hebr. 13. Apostolus Sanguinem  
Christi, sanguinem testamenti æterni vocat,  
Ps. 109. Christus vocatur sacerdos in æternum.  
Lucæ 1. *Regnabit in domo Jacob in æternum.*  
Mich. 4. *Regnabit Dominus super eos in monte  
Sion, ex hoc nunc & usque in æternum.* Potestas e-  
jus potestas æterna. Dan. 7.

Ratio quoque est: Illa lex debet esse ultima,  
qua immediatè conjungit fini ultimo, nullà alia  
mediante: sed lex Evangelica immediatè con-  
jungit fini ultimo, liquidem vita & gloria æterna  
dantur intuitu fidei, sacramentorum, & honorum  
operum, quæ per istam legem, & Christum ipsius  
authorem traduntur.

7. Quares quartò. Utrum lex ista saltem in uno  
altero precepto nam in totum mutari non  
posse, manifestum est? per Summi Pontif. dispen-  
sationem mutari possit?

Fuit quorundam Canonistarum opinio, posse  
Summ. Pontif. autoritate non quidem humana, sed  
Divina & supernaturali extra materiam fidei  
dispensare in iure divino. Pro qua Suarez refert  
Panormit. in c. proposit. de concess. proband. &  
Felin. in c. qua Ecclesiarum. de constitut. e quibus  
iste concedit, posse Sum. Pontif. ex causa com-  
mutare in istam: *Ego te baptizo in nomine Trini-  
tatis.* Item, posse unico verbo consecrare Sacer-  
dotem & Episcopum: Quibus ex parte accedunt  
Canus Relect. de penit. p. 5. & Sanch. l. 8. de  
matrim. disp. 6. n. 6. docentes, quod in iis pre-  
ceptis, quorum observatio in particulari casu

potest impetrare majus bonum spirituale, uti con-  
tingit in voto & juramento, Summus Pontifex  
dispensare possit. Pro fundamento adducunt  
primò, quod Christus Matth. 16. dedit Petru  
amplissimam potestatem, cum dixit: *Quodan-  
que ligaveris super terram, erit ligatum & in calix  
& quodcumque solueris super terram, erit solutum  
& in calix.* Ex quibus verbis colligitur, Sum-  
mum Pontificem posse dispensare in voto, ju-  
ramento, matrimonio rato, in vinculo spirituali in-  
ter Episcopum & Ecclesiam Sponsam suam, in  
professione religiosa, quamvis haec omnia in mul-  
torum sententia sint juris Divini. Secundo Ju-  
re Divino solus Episcopus est Minister sacramen-  
ti Confirmationis, & tamen ex gravi causa Sum-  
mum Pontificem committit hoc ministerium simili-  
ci sacerdoti. Præterea refert Onuphrius in Chro-  
nico anni 1490. ex Volaterrano quod Innocen-  
tius VIII. cum Saxonibus [dicendum era], Nor-  
wegis; nam Saxones abundant vino, & in hunc  
diem in sua cena Lutherana tenacissime servant  
usum calicis propter vini inopinatum dispensave-  
rit, ut in solo pane conficerent Eucharistia sacra-  
mentum; cum tamen sit juris Divini, ut Eucha-  
ristia conficiatur, & sacrificium fiat in utraque  
specie.

Respondendum tamen est cum S. D. in quodl. I  
4. a. 13. Suarez l. 10. c. 6. Reding q. 15. a. 3.  
n. 7. cum communis tam Theologorum, quam  
Canonistarum, Summum Pontificem in lege Di-  
vina etiam positiva dispensare non posset.

Ratio est primò, quia inferior non potest vali-  
de dispensare in lege Superioris sine iusta & ra-  
tionabilis causa: sed homo non potest habere ju-  
stam & rationabilem causam dispensandi in legi  
Divina: ergo. Minor probatur. Tunc datur  
rationabilis causa dispensandi in lege Superioris  
quando casus emergit, in quo superior legislator  
legis obligationem remitteret, si illum prævidi-  
set; sed hoc de DEO dici non potest: quia infi-  
la sua scientia penetravit omnes casus & cau-  
sas.

Ratio est secundo. Vel Divina voluntas vult  
alicuius legis obligationem se extenderet ad to-  
tum casum, vel non vult? si vult; non potest in-  
ferior judex dispensare, siquidem omnis efficacia  
præceptiva & legislativa hominum à Divina vo-  
luntate derivantur. Si non vult, eoipso nul-  
la opus est dispensatione.

Ratio est tertio à posteriori: quis si daretur  
locus mutationi & dispensationi in lege Divini  
positiva, præsertim circa materiam & formam sa-  
cramentorum, Ecclesia DEI non haberet necessariam  
unitatem seu uniformitatem, qua non in  
sola fide, sed vel maximè in exteriori quoque  
DEI cultu, Religione, Sacramentis ritibusque  
substantialibus fundatur: hoc autem repugnat  
intentioni & providentia Divini legislatori, per  
suam Evangelicam legem unam, sanctam, & æve-  
naturam Ecclesiam erigentis.

Ad 1. fundamentum contraria sententia Re-  
spond. id nesciunt probare, nam ex illius texu  
amplitudine inferri possit, Summum Pontificem  
æquè in uno ac altero precepto juris Divini dis-  
pensare posse, quod traditioni & doctrine totius  
Ecclesie adveratur. Exponendum igitur est ille  
locus de iis omnibus, quæ Petri clavibus & juris-  
dictioni

dictioni subjecta sunt, inter quæ non est lex & potestas ipsius Christi Divini legislatoris. Quod additur de voto, & juramento, matrimonio rato, non est ad rem, quia hæc sunt juris Divini naturalis, de quo jam in Disputatione dictum, non esse formalem dispensationem sed tantum materialem, ex morali immutazione voluntatum, quæ Summo Pontifici tanquam supremo Pastori sunt subditæ.

Ad 4. optima est responsio August. à V. M. dispo. & q. 2. Volaterranum, ex quo desumpta est illius dispensationis fabula, sic habere: Nor-

eugia Innocentii VIII. Pontificis concessione permissum sine calice vino sacrificare, quod ob immensa frigora vinum in ea regione importatum acfcat. Ubi non dicitur sine vino, sed sine calice; inde supponitur consecratio cum vino: ideoque exponi potest, concessam Norwegiæ facultatem in aliquo vase clauso vinum consecrandi, ne de facili congelari posset: néve vinum mediante congelatione à frigore accedinet patiaratur. Quicquid sit, una hirundo non facit ver, & unius scriptoris autoritas tanti non est, ut ipi omnium fere Doctorum cœtus assurgat.

## DISPUTATIO XXXIV. DE

### Legi humana positiva & scripta secundum se.

ad q. 95.

Cum plurima sint in moribus humanis, quæ lex naturalis & Divina positiva indeterminata relinquit, humanæ communitatæ necesse fuit, ut per leges positivas ulteriorem morum disciplinam obtineret, quæ circa particulares actus dirigeretur, carumq; metu malorum coerceretur audacia, & ita esset inter improbos innocentia, ut inquit Isidorus relatus à S. D. q. 95. a. 1. Hanc legislativam potestatem hominibus à DEO datam frequenter contra Hæreticos testatur sacra Pagina Prov. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores justa decernunt. Rom. 13. Qui potestatis resistit, DEI ordinationi resistit, &c. Eadem à lege naturæ derivatam & dependentem agnoscit S. D. citat. a. 2. Cum enim omnis lex humana debeat esse justa & rationabilis, etiam debet esse conformis ad regulas rationis, quas inter eminet lex naturæ. Dividitur hæc potestas in Ecclesiasticam, & Civilem, seu politicam juxta duplexem hominum communitatem: cum enim sit duplex finis, in quem homines oportet dirigiri: unus felicitatis temporalis, & naturalis; alter spiritualis, æternæ, & supernaturalis; ita duplex est hominum communitas, una politica & Civilis, altera Ecclesiastica; illam Civilibus, hanc Ecclesiasticis legibus oportet dirigiri; nam ubi non est gubernator, populus corruebit. Prov. 11.

### ARTICULUS I.

#### In quibus residat potestas condendi leges?

##### SUMMARIÆ.

1. Dividitur lex in generalem & particularem.
2. In præcepitam & panalem.
3. In favorabilem & odiosam.
4. In Ecclesiasticam & civilem.
5. Potestas legislativa non est in aliquo homine ex natura rei.
6. Date fuit ab arbore natura integris communib;.
7. Ab iis translatæ in supremos Magistratus.
8. Imperator potest leges facere pro toto & solo Imperio.
9. Summus Pontifex potest ferre leges civiles pro suo statu Ecclesiastico.
10. Qua potestate Sum. Pont. derexit legibus Imperioris, vel disponat de regis.
11. Etiam famina legitima heres regni gaudet potestate legislativa.
12. Summus Pontif. habet potestatem legislativam Ecclesiasticam jure Divino.
13. Similiter Concilium Oecumenicum.
14. Sed quid, Sede vacante, vel tempore schismatis?
15. Episcopis competit potestas legislativa dependenter à Summo Pontif.
16. Exponuntur textus S. Scriptura in speciem contrarii.
17. Potestas legislativa etiam competit Prelatis habentibus jurisdictionem quasi episcopalem.
18. Qualis potestas leges ferendi conveniat Concilio Nationali?
19. Qualis legato, vel Nuncio Apostolico?
20. Qualis Cardinalibus?
21. Qualis Capitulo Sede vacante.

##### §. I.

##### Varia divisiones legis Scriptæ.

L Ex scripta, quæ est constitutio, dicitur, « sicut est imperium, seu ordinatio ratioalis ab habente

Pp 3 ligite-